1562 Nlis Mathias olim Pauli Wsielowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Gnoso Joanni Casimiro Zuba Capitaneo Terrae Bielscen. et eius Successoribus tenetur esse debitor certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae summam Centum Floren. numeri et monetae Polonicae. Quam quidem summam suprascriptam recognoscens submittit ac se de Omnibus bonis cum successoribus suis inscribit Memorato Creditori suo suisque eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiterque et de facto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis reponere seu relinquere repositamque et relictam versus Actis non recipere nec modo quovis arestare aut efficere sub vadio simili aliorum Centum floren. Polon. in defectu solutionis pro tempore praescripto adsolvendo succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren. Scranscen. in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Actis abscribendo et abrenunciando.

Choienski — Cessio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Scranscen. Nli comparentes Nles Marianus et Joannes filij olim Nlis Erasmi Gorski sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia Nli Egidio olim Joannis Choienski eiusque successoribus [illegible] obligationem certi [illegible] per olim Nlem Petrum Gorski [illegible] recognoscens Coram Actis Zambrovien. feria Quinta post Dominicam Laetare Millesimo Sexcentesimo Sedecimo modo [illegible] in duobus [illegible] Polon. inscriptae cum Omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis [illegible] ac parata intromissione possessione tuitione evictione et ligamentis in Originali inscriptione contentis cedunt et condescendunt Intromissionemque illi tenere cum pacifica possessione [illegible] Nlem. et Nles [illegible] acceptandam admittendo.

Skrzypkowski — Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Scranscen. Nli comparens Nlis Christophorus filius Stanislai Wyszkowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nli Joanni filio Nlis Stanislai Skrzypkowski et eius posteris Sex floren. et Quindecem gros. Polon. teneri ac debere [illegible] Dominica Septuagesima proxime Ventura solvere se de Omnibus bonis cum successoribus suis submittit et inscribit sub vadio simili aliorum Sex floren. et Quindecem gros. Polon. in defectu solutionis pro tempore praescripto adsolvendo succumbendo. Et Coram officio praesenti in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus in Universum iuris remedijs et defensis legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores Actis abscribendo et abrenunciando.